



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

RESP. *Pater noster, qui es in calis:*
Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terrâ: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula, Amen.
 Pater noster, Vide Matth. 6. 9. 11. 12. 13. & Luc. 11. 1. 2. 3. 4.

DOMINICA XLVI.

QVÆSTIO CXX.

Cur præcipit Christus, ut ita Deum compellemus, Pater noster?

RESP. Ut statim in ipso precatio-
 nis exordio, conuenientem Dei
 filijs reuerentiam^a & spem in De-
 um^b, in nobis excitet, quæ nostræ
 precatio-
 nis fundamentum esse de-
 bet: nimirum, Deum propter Chri-
 stum nobis patrem factum esse,^d
 & quæ vera fide ab eo petimus, no-
 bis multo minus negare, quam pa-
 rentes nostri nobis bona terrena
 denegant^e.

^aLeuit. 19. 3. ^bEsa. 63. 15. 16. 17. Luc. 11. 11.
^cIacob 1. 6. 7. 8. 9. ^dIoh. 1. 12. Eph. 1. 6. ^eMat.
 7. 11. Psal. 103. 13. Esa. 49. 15. 16.

QVÆSTIO CXXI.

Cur additur, Quies in calis?

RESP. Ne de cœlesti maiestate
 Dei humile quippiam aut terre-
 num cogitemus^a: simul etiam, ut ab
 eius omnipotentia, quæcunque ani-
 mo & corpori sunt necessaria, ex-
 pectemus^b ac speremus.

^a1. Reg. 8. 27. Act. 17. 24. 25. ^bPl. 115. 3. 2.
 Chron. 20. 6.

DOMINICA XLVII.

QVÆSTIO CXXII.

Quæ est prima petitio?

RESP. *Sanctificetur nomen tuum:*
 hoc est: Da principio, ut te rectè a-
 gnoscamus^a, & lucentem in omni-
 bus operibus tuis omnipotentiam^b,
 sapientiam^c, bonitatem^d, iustiti-
 am^e, misericordiam^f, & veritatem^g
 tuam veneremur, prædicemus &
 celebremus^h: deinde ut vniuersam
 viram nostram, cogitationes, ser-
 mones & actiones eo semper diri-
 gamus, ne sanctissimum nomen tu-
 um propter nos contumelia af-
 ficiatur, sed honore potius & lau-
 dibus illustretur^k.

^aEph. 1. 16. 17. ^bDeut. 3. 24. Rom. 1. 19.
 20. ^cPsal. 104. 24. ^dPsal. 136. versibus omni-
 bus. ^ePs. 25. 10. Gen. 1. 31. ^fDan. 9. 14. ^gPs. 103.
 8. ^hPsal. 111. 7. ⁱPs. 36. 6. ^jPsal. 51. 17. ^kPsal. 71. 8.
^lPsal. 31. 4.

DOMINICA XLVIII.

QVÆSTIO CXXIII.

Quæ est secunda petitio?

RESP. *Adueniat regnum tuum:* hoc
 est: Regas nos ita verbo, *Sacramen-
 tis, & spiritu tuo*, ut nos tibi magis
 magisque subiiciamus^a: conserua &
 auge Ecclesiam tuam^b: destrue o-

Vu pera